mobilia et successores tenebuntur. Termino ipso primum tanquam pro
peremptorio et alios subsequentes terminos, nulla exquisita nec colore
excogitata, neque iudicialiter neque extraiudicialiter acta vel simplici in-
firmitatibus, sub quibusvis exquisitis actionibus pro maiori, Regiis ex-
peditionibus bello, Conventionibus generali aut particulari, statutis et con-
stitutionibus quibusvis novis ac vetustis laudatis et laudandis, ab-
sentia e regno, devastatione terrae et districtus, exercitio militari et
80 reipublicae et sacrae regiae maiestatis, legalibusque quibusvis impedi-
mentis non differendo, nec prolongando atque se excipiendo, minorennitate
successorum ac interregno se non defendendo, a decretis quibusvis tam
in accessorio quam in principali negotio nullas motiones cum appellationi-
bus earumque prosequutione faciendo, poena trium marcarum et triplici
poena vadiorum seu vadia praenominata non evadendo, ad quietationem mor-
tificationemque inscriptionis praesentis et ad evictionem si aliquam ex inde habere
possit, ac ad munimenta quaevis dilationes seu dilationis non recipiendo,
nulla citatione et intempestiva positione evincenda, ignorantia citationis ante
terminum, non statutionem mentis, malo in lucro congressu, malo
processu curiae, ac vana condemnatione lucri processibusque incarnaturam,
ignorantia et excessu corporali non evadendo, evasionibus, praescri-
ptionibus, suspensionibus, fatalibus progressibus curiae ac aliis om-
nibus exceptionibus controversiis, dilationibusque gentium omnimodis ex-
cogitatis, quotquot solum sunt et de iure consuetudineque obser-
vantur non utendo, generaliter nil sibi in auxilium contra inscriptionem
praesentem eiusque effectum recipiendo sua successoribusque suorum
sub ammissione totius causae videlicet solutione praefati vadii vel vadio-
rum. Quo vel quibus solutis utique inscriptioni praesenti omnibusque
eius contentis tam in toto quam in minima parte satisfacere debet
et successores tenebuntur. Nulla praescriptione terrestri in praemis-
sis obstante.

Halka tenetur seu obligat Liutostawsky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castren-
sibus capitanealibus Premisliensibus generosus Stanislaus Halka de terra
Leopoliensi a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis
ac foro competenti recedendo, suae vero praesenti castrensi capitaneali
Premisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad actum
effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando et inscribendo
mente et corpore sanus existens publice personaliterque recognovit
quia generoso Joanni Liutostawski et eius legittimis successoribus
bona sua haereditaria videlicet molendinum in piscina in villa
Nowysiolo et Holomun aggerale in eadem piscina situm a sal
exigi solitum cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus
et singulis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque uni-
versis nullis tam in genere quam in specie exceptis in summa
trecentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis sua ad festum
natalis domini proxime venturum obligat et inscribit. Et in desi-
ciendo petitur exemptionis ad aliud sibi festum natalis domini
se suis a natali ad natalem de anno in annum annis se sequentibus
usque ad exemptionem et summa praefata persolutionem inscribens.
sum tenendo, statim et admittere vel iam exnunc coram officio praesenti
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem
terrestrem generalemque in bonisque praefatis tribus ad eadem acceptis
cum iuribus et nobilibus eiusdem dat sibi et suis successoribus supradictis
bonis suis obligat et inscribit. Datum et admissum sub vadio

similis summa trecentorum florenorum pecuniae. Et debet ac tenebitur
praefatus Halka, praesensque se et suos successores superdictis bonis 81
suis obligat et inscribit, eundem Liutostawski et eius successores in
bonis praefatis obligatis, ab omni quavis impetitione iuridica et ex-
traiuridica omnibusque damnis iniuriis, violentiis et impedimentis
quarumlibet personarum propinquarum et remotarum status sexus
et conditionis cuiusvis existentium. Nec non ab aliis iuribus omnibus
inscriptionibus prioribus et posterioribus, debitis vinculis reformationibus
adiunctionibusque cuiusque personarum factis et fiendis, citationibus
concitationibusque, adcitationibus, suretysantibus importatis et importandis,
literis producendis, poenis damnis vadiis triplicatis ac quibusvis
processibus curiis productis et producendis, toties quoties opus fuerit
tueri defendere evincere liberare bonaque praefata obligata mu-
nire et libera facere. Nec debet ipse Halka cum suis posteris neque
Liutostawski et eius successoribus in praedictis bonis tam per se quam
per se suam personas quatenus submissas personas inviolari
aut quovis modo pacificam possessionem praepedire et adimere sub
simili vadio trecentorum florenorum pecuniae monetae Polonicalis.
Praeterea praefatus tam ipse Halka quam praefatus Liutostawski
foro suo quovis proprio omisso cum successoribus suis inscribit
et obligat utriusque actum manibus et sigillis propriis tam
ipsius Halka quam praedicti Liutostawski subscriptum et obsignatum
eorum eorundem obligatorum bonorum, tenere complere et exequi
eorumque intentio et omnibus in ea contentis tam in toto quam in mi-
nima parte satisfacere sub simili vadio trecentorum florenorum
pecuniae. Insuper etiam praefatus Halka se et suos successores
superdictis bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad
acta terrestria Premisliensia pro primis terminis terrestribus seu pro
prima actorum eorundem terrestrium Premisliensium positione quo forum pro-
bis Premislia fuerit celebratum transferre transportare similique
vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub simili va-
dio trecentorum florenorum pecuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis
praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc
a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro
competenti recedendo, coram castrensi capitaneali Premisliensi officio
cui se (actus praesentis respectu) cum successoribus bonisque suis
subiecit in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pa-
rere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis ab officio non
recedendo, satisfacere tenebitur vel sui posteri tenebuntur. Nul-
lum terrestrium omnium praemissorum vera vel simplici infirmitatibus, actionibus
pro maiori, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis et lau-
dandis, bello, conventionibus generali aut particulari, expeditio-
ni bellicae, exercitio militari et reipublicae seu sacrae regiae
maiestatis, devastatione bonorum per hostes, absentia a regno ac
aliis omnibus legalibus impedimentis non differendo, prolongando
atque se excipiendo, interregno minorennitateque successorum se non
defendendo, ad quietationem mortificationemque inscriptionis praesentis et ad evi-
ctionem dilationem sibi non recipiendo, a decretis quibusvis tam
in accessorio quam principali negotio latis et faciendis nullas mo-
tiones cum appellationibus earumque prosequutionibus ab officio
faciendo et interponendo, poena trium marcarum et triplici poena
vadiorum seu vadia praenominata non evadendo. Immo se cum successoribus

omnibus iuris remediis, evasionibus, praescriptionibus, suspensionibus, ac aliis omnibus dilationibus abrenuntiavit. Et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem assumendo, sua suorumque successorum sub ammissione totius causae eiusque solutione praefati vadii vel vadiorum. Quo vel quibus solutis utique inscriptioni praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis successoribus bonis quorum opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

82

Actum in Castro Praemislien(si) feria sexta ante festum Nativitatis gloriosae Virginis Mariae proxima Anno

2/IX domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto. Coram Magnifico et Generosis Joanne Herborth de Fulstin Castellano Sanocensi et Capitaneo Victorino Kowalski Vicecapitaneo Dobrogostio Zapolski Notario Castrensibus Praemisliensibus officio et actis

Barzy ku Rembertowskiem.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Erasmus Barzi de Blozew tanquam tutor Generosi Joannis Barzi magnifici olim Stanislai Barzij de Blozew pallatini et Capitanei Cracoviensis filii nomine ipsius cavendo pro ratihabitione ac se et suos successores de omnibus bonis suis inscribendo et obligando, sub vadio infrascripto, a terrestris pallatinatibus districtibus ac iuribus suis quibusvis propriis foroque competenti recedendo, Iuri autem praesenti Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se suosque successores ac bona sua omnia quo ad actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet in corporando in ...ando subijciendoque mente et corpore sanus existens publice personaliterque recognovit. Quia ipse eo attento et in prospectu habito, quod nobilis Joannes Rembertowski primum, deinde vero post mortem eiusdem Joannis Rembertowski Anna consors ipsius, mater nec non Valentinus Franciscus Lucas Stanislaus et Albertus Rembertowsczy filii et successores legittimi praedicti olim Joannis Rembertowski vigore inscriptionis certae per magnificum olim Stanislaum Barzi de Blozew pallatinum Cracoviensem patrem vero praefati Joannis filiastri sui olim dicto Joanni Rembertowski super summa duorum millium quadringentorum flor(enorum) pecuniae monetae et numeri polonicalis, coram actis certis in regno Poloniae factae et erogatae, tum et obliga... super summam praefatam per eundem olim pallatinum Cracoviensem super praefato Joanne Rembertowski, iterum dato primum super eodem magnifico pallatino Cracoviensi, deinde super praefato Joanne filio eiusdem pallatini, cuius ipse tutor extitit ratione non restitutionis summae praefatae duorum millium et quadringentorum flor(enorum) pecuniae ipsis tenetur vigore submissionis et obligationis in iudicio terrestri Praemisliensi in officio quoque praesenti Castrensi Praemisliensi iuxta continentiam processus iuditiarii certas lucra et prelucra provenerunt et acquisiverunt, ac tam super eodem pallatino Cracoviensi quam super praefato Joanne filio et successore ipsius obtinuerunt, providendo indemnitati ipsius Joannis filiastri sui, in bona ipsius eisque lucris et prelucris opprimerentur ipse successores de bonis suis omnibus teneri et debitum fore iisdem nobilibus Annae matri, Nec non Valentino Francisco Lucae Stanislao et Alberto Rembertowskim fratribus germanis filiis et successoribus legittimis olim Joannis Rembertowski eorundem successoribus summam duorum millium et qua

drigentorum flor(enorum) pecuniae monetae polonicalis quemlibet flor(enum) grossis triginta computando, certi veri, et liquidi debiti sive mutuatae pecuniae. Quamquidem summam duorum millium et quadringentorum flor(enorum) pecuniae praefatus Erasmus Barzi se et suos successores super omnibus bonis suis nunc habitis et in post habendis, ac super eum eiusque successores devolvendis obligat et inscribit eisdem Rembertowskim

83

vel eorum successoribus dare solvere realiterque et in effectu circa acta praesentia Castrensia Capitanealia Praemisliensia post decessum de praesentia Castri magnificae Barbarae de Fulstin, magnifici Andreae Comitis de Gorka Castellani Miedzirzecensis et Capitanei Gnesnensis consortis in sex septimanis tunc proxime venturis exponere et exsolvere, nisi iterum ab officio effecerit. In effectu vero solutionis et expositionis summae praefatae pro tempore et loco suprascriptis, extunc tenebitur praefatus Erasmus Barzi vel eius posteri tenebuntur, praefatis Rembertowskim vel illorum successoribus dare et libere admittere realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem in certa bona seu villas illi seu illis divisionem in bonis Gadkow et Lipsko inter alios successores olim magnifici Petri Kmita de Wisnicze pallatini Cracoviensis cessa per ministerialem terrestrem quemcunque, terrae et districtus illius ubi bona supradicta consistunt sub vadio simili summae duorum millium et quadringentorum flor(enorum) pecuniae monetae polonicalis, per ipsos Rembertowskie et eorum successores bona praefata a intromissione accepta ad festum Nativitatis domini tunc proxime venturum et in effectu post eius exemptione et summa praefata persolutionis ad aliud simile festum Nativitatis domini et sic de anno in annum quamdiu se sequentur usque ad exemptionem et summae praefatae plenariam persolutionem cum omni iure dominio proprietate ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis, fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis, nullis tam in genere quam in specie exceptis a granicibus ad granicies tenendo habendo possidendo. Debebitque ac tenebitur praefatus Erasmus Barzi cum suis posteris quos simul super omnibus bonis suis obligat et inscribit eosdem Rembertowskie et illorum successores in bonis praefatis post datam intromissionem ab omni quavis impetitione iuridica omnibusque violentiis et impedimentis quarumlibet personarum propinquarum et remotarum status sexus et conditionis cuiuscunque existentium, Nec non ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis reformationibus, advitalitatibus quarumque personarum factis et fiendis, citationibus, convictionibus, condemnationibus, iustificationibus tam terrestribus quam Castrensibus sive etiam regalibus in bona praefata importatis et importandis, Lucris prelucris poenis suis vadiis triplicatis ac quibusvis processibus iuris in quorumque puncto et gradu iuris dependentibus, quoties opus fuerit tueri deffendere evincere et liberare bonaque praefata ipsis Rembertowskim in possessionem data munda et libera facere sub simili vadio duorum millium et quadringentorum flor(enorum) pecuniae monetae polonicalis. Insuper etiam praefatus Erasmus Barzi se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his actis ad acta quaevisque autentica regni Poloniae ante Circumcisionem domini anni